

216



Paulo. Illustration. 1778.

Edim. Biblioteca de Ciencias

Ayuntamiento de Madrid

AB 1989

10388

ABSOLUTIONES ET BENEDICTIONES

dicendæ ante Lectiones in Officio novem & trium Lectionum.

In primo Nocturno, & pro secunda
E & quinta Feria, Absolutio.

Exaudi Dómine Jesu Christe pre-
ces servorum tuorum, & miserere nobis,
qui cum Patre & Spiritu sancto vivis &
regnas in sæcula sæculorum.

R. Amen. Benedictiones.

1 Benedictio perpétua benedicit nos
Pater æternus. R. Amen.

2 Unigenitus Dei Filius nos benedice-
re & adjuvare dignetur.

3 Spíritus sancti grátia illúminet sensus
& corda nostra.

In secundo Nocturno, & pro tertia &
sexta Feria, Absolutio.

Ipsius pietas & misericordia nos adju-
vet qui cum Patre & Spiritu sancto
vivit & regnat in sæcula sæculorum.

R. Amen. Benedictiones.

4 Deus Pater omnípotens sit nobis pro-
pítius & clemens. R. Amen.

5 Christ. perpet. det nobis gáudia vitæ.

6 Ignem sui amoris accéndat Deus in
córdibus nostris.

In tertio Nocturno, & pro Feria quarta
& Sabbato, Absolutio.

AVINCULIS peccatorum nostrorum
absolvat nos omnípotens & misé-
ricors Dóminus. R. Amen.

Benedictiones.

7 Evangélica léctio sit nobis salus &
protéctio. R. Amen.

8 Divinum auxilium máneat semper no-
biscum.

9 Ad societatem cívium supernorum
perdúcet nos Rex Angelorum.

Si Officium fit de Sancto novem Lection-
num, octava Benedictio erit,

Cujus festum colimus, ipse, vel ipsa in-
tercedat pro nobis ad Dóminum.

Quando sunt plures, dicitur,
Quor. vel Quar. festum colimus ipsi,
vel ipsæ interced. pro nob. ad Domin.

Si Officium fit de sancta Maria,
octava Benedictio erit.

Cujus festum colimus, ipsa Virgo vírgi-
num intercedat pro nobis ad Dóminum.

Si in ultima Lectione legendum sit
aliud Evangelium cum Homilia,
nona Benedictio erit,

Per Evang. dicta deleantur nost: delicta.

In Officio trium Lection. dicuntur Ab-
solutiones & Benediction. prædic. ordine
superiùs in Rubricis generalibus, & in
prima Domin. de Adventu descripto: &
in eo, quando non legitur Homilia cum
Evang. & Benediction. sumendæ sunt
ex tertio Noctur. prima Benedictio erit,

1 Ille nos benedicit, qui sine fine vivit
& regnat.

2 Divinum auxilium.

3 Ad societatem.

In Officio trium Lectionum, quando
legitur Homilia cum Evangelio, prima
Benedictio erit,

1 Evangélica léctio.

2 Divinum auxilium.

3 Ad societatem.

Si Officium fit de Sancto trium Lectionum, prima Benedictio erit,

1 Ille nos benedicit, qui sine fine vi-
vit & regnat.

2 Cujus, vel Quorum.

3 Ad societatem.

In Officio de S. Maria in Sabb. Abso-
lutio & Benediction. quæ ibid. ponuntur.

PSAL-